

**- TEXTE : *Fabellae Lusoriae – Sol et Boreas* -**

John Kevin Newman, Professeur de Latin à l'Université de l'Illinois

*Sol et Boreas, etiam Homo et Narrator*

- S Ego sum Sol. Omnibus fulgeo.
- B Ego sum Boreas, omnibus noceo.
- S Ego sum calidus, floresque augeo.
- B Ego sum gelidus, floresque contraho.
- S Experiamur, uter plus valeat.  
Hic venit homo, per prata deambulat.
- Experiamur, num togam exuat.
- B Ego perflabo flamine frigido.
- H Frigebo totus, si togam exuero.
- B Emittam nives si forte se reddat.
- H Nives heu timeo, toga me involvat.
- B Pluviam dabo, ut madidus fiat.
- H Toga vel artius totum me tegat.
- S Tu nihil agis. Ego experiar.  
Mittam calores, meum dabo iubar.
- H Calidior sum! Togam iam exuam.
- S Sol ego supero! Vicique Boreum.
- N Sic discas quisque, si quis haec audies,  
Suadendi non sunt apta materies  
Aspera, dura, talisque congeries.  
Mollia, mitia sunt meliora  
Quibus flectantur etiam dura.

